Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



15) Ex his Anonymi verbis videtur colligi, quod supra advertebam, Valentinum ob Arianorum pervicaciam Bajavia in Alpes recessisse, ut illos effugeret, adeoque non diu in campestri Rætia se detinuisse; quippe ubi Ariani tunc erant frequentes.

16) Incubes circa lacum Larium, ~~Adduab~~ Alpibus usque ad Padum extendebantur: quem tractum hodierno Ducatus Mediolanensis occupat. ~~Ced~~ Hinc S. Valentinum Curiam venisse, et ultra, saltem usque ~~Cam~~ Clavennam populis, ~~magnam~~ tum adhuc gentilibus, ~~tum~~ incolis, tum alius, qui ex metu Attilæ aliorumque barbarorum ad loca Rænum tutiora profugerant, orthodoxam fidem persuasisse: ut fusius ostendit Roschmannus Valent. Mf. p. I, c. 14.

17) Hæretici nonnisi quidam, populi autem multi a Valentino conversi dicuntur. Hinc colligo, plurimos eo tempore in illis alpibus gentiles fuisse residuos. Essi quidem S. Lucius ante tria fere sæcula multos Christo fuisset lucratus; tanto tamen spatio temporis hic evangelia paulatim disparere, et ~~qua~~ idololatriæ rubes reduci facile potuerunt. Cæterum hæreticos illos fuisse Arianos, satis indicat Anonymus.

18) Verba Anonymi ex Surio adduxi, exceptis evagationibus oratoris, quas crebro intermiscet. ~~Reliqua sequen~~ | huensque

19) Propium Curiense; de quo, sicut et de Passaviensi, Roschmannus Valent. Mf. p. I, c. 2: Weil diese beyden Bisthümer viele Nachrichten und Traditiones, besonders aus ihren Archiven gleich anfänglich müssen und können gehabt haben; welche sodann in dero Propria eingetragen, und nach und nach, jedoch selten gar unabgeändert, bis auf unsere Zeiten gekommen sind; und daher nichts desto weniger grossen Nutzen, und gute Nachricht verschaffen können; etc. De episcopatu S. Valentini et apostolicis laboribus in Rætia Curiensi sat hactenus dictum. Cum ergo populum omnem Christianis sacris imbuisset; eique Simonem (suum fortasse discipulum et laboris socium) episcopum reliquisset: cessante jam furore Hunnico, ad alios etiam ~~ejusc~~ populos sive lucrandos, sive in vera fide servandos ac stabiliendos ~~ad~~ Rætiam magis orientalem adiit, pervenitque Oenotrium. De hoc loco Hesselius Annal. Sab. sec. V, §23: Nec dubito, quin Juntium Οἰνοτρίου Ptolomæi sinu ostrum Oenotrium. Geograph. III, 13, inter civitates Vindelicia statuit post Augustam Vindelicorum, Carrodunum, Abudiacum, Cambodunum, Medullum (Mittenwald) Juntrium. Etiam Agathodæmon in Ptolomæa tab. V Eur. in Vindelicia Alpibus ponit Juntrium. Hic locus ab Æno non procul inde rapaces adhuc fluctus torrentis instar agente, ep-